



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 36. Cardinalis Aquilejensis a sua septentrionali Legatione redux

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

batur, tempore in genua provolutus per-  
 mansit. Inde surgens ad Cardinales sese  
 convertit, ac singulos speciatim in eorum  
 sedibus positos complexu, & osculo hono-  
 rabat. Postera die eosdem domi invisit,  
 idemque humanitatis officium ipse vicif-  
 sim ab omnibus accepit, excepto solo  
 Cardinale S. Sabinæ. Tandem Roma  
 abiens, Burgundiæ Ducem accessit, ubi  
 usque ad Mensen Junium anni millesimi  
 quadringentesimi septuagesimi sexti di-  
 versatus est. Quorundam Scriptorum  
 conjectura est, Fridericum hoc iter susce-  
 pisse eo animo, ut Burgundiæ Filiam  
 sibi in uxorem deposceret, sed inane est  
 eorum commentum.

## §. XXXVI.

*Cardinalis Aquilejensis a sua septen-  
 trionali Legatione redux.*

Tandem Cardinalis Aquilejensis a Pon-  
 tifice Legatus in Septentrionales  
 plagas missus, inde redux hoc anno mil-  
 lesimo quadringentesimo septuagesimo  
 quarto die decima quinta Novembris Ro-  
 mam venit. Triginta menses Legatione  
 sua functus, pluribus negotiis distentus  
 erat, pacemque inter Hungariæ & Po-  
 loniæ Reges reddere conabatur, idque  
 non sine magnis laboribus perfecit. Na-  
 vabat suam quoque operam in componen-  
 dis

Sæcl. XV.  
A. C. 1474.

dis diffidiis, quibus Hassiæ Landgravius & Rupertus de Coloniensi Archiepiscopatu contendentes inter se collidebantur, eodemque tempore lites diremit, quæ ex horum æmulatione inter Imperatorem & Burgundiæ Ducem exortæ fuere. Tam gravia negotia Legatum præter expectationem suam diutius in hisce regionibus detinebant: Ast inde eo magis acceptus erat ipsius reditus. Romam delatus in Sanctiore Patrum Senatu a Pontifice hanc in rem convocato de rebus in sua Legatione gestis rationem reddidit, petiitque veniam, quod nec imperio Pontificis, nec Cardinalium expectationi, ut ajebat, plene satisfacisset: Papa, Legati Zelo, ac ejus in Christianam Rempubli- cam amore plurimum dilaudato, simul cum Cardinalibus eidem gratias verbis valde honorificis egit, eumque in laboris sui præmium Prænestino Episcopatu decoravit, quam Sedem tenuit usque ad annum millesimum quadringentesimum nonagesimum, quo etiam beato sine quievit.

§. XXXVII.

*Pax inter Hungaros atque Polonos.*

In hisce Regnis potissimum hujus Cardinalis laboribus optatus adspirabat successus; Pax enim Hungariæ inter ac Poloniæ Reges feliciter confecta est.  
Hujus